



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VIII. Quam pœnam incurrant, sepelientes eos, qui jure prohibentur sepeliri in loco sacro; vel qui prohibitis & illicitis modis inducunt aliquem ad eligendam sepulturam in suis Ecclesijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. VIII.

Quam pœnam incurrant sepelientes eos, qui iure prohibentur sepeliri in loco sacro; vel qui prohibitis & illicitis modis inducunt aliquem ad eligendam sepulturam in suis Ecclesijs.

Qui interdicti tempore, in casibus non permixtis, defunctos, scienter in loco sacro sepeliunt, vel qui taliter præsumunt sepelire, aut mandant, vel procurant, publicè scilicet, excommunicatos (denuntiatos aut vitandos) vel no-

minatim interdictos, vel usurarios nifestos, ipso facto sunt excommunicati. Cetero quòd videantur graviter delinquentes si voluntariè, scienter, & sponte propria temeritate ducti hoc faciant in contemptum clavium non absolventur hac excommunicatione, nisi prius ad arbitrium Episcopi Diocesani, eorum quibus injuria fuit irrogata, competentem satisfactionem fecerint, prout statuitur in *Clement. eos, qui. l. h. 1.*

Ad secundum quæsitum supra præponsum §. 2. h. 2.

TITVLVS XXIX.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

I.

Quæ sit & dicatur Parochia, & qua requirantur ad constituendam Ecclesiam parochialem, & in quibus illius iura consistant?

Parochia nonnunquam latè, & improprie pro certa alicujus Diocesis Ecclesia, quæ habet populum, certis limitibus distinctum, cujus populi curam habeat Rector, vel Presbyter illius Ecclesie, in ordine ad Sacramenta administranda: & hinc ad constituendam Ecclesiam Parochialem communiter tria requiruntur, fons baptismalis, jus sepeliendi, & cura fori pœnitentialis; po-

restas scilicet ligandi & solvendi in conscientia, ac alia Sacramenta ad hanc Ecclesiam populo ministranda. Quamvis horum aliqua alijs etiam Ecclesijs non parochialibus, competere possint, ex speciali privilegio, aut consuetudine, raro tamen hæc competunt uni eidemque Ecclesie competenti sit Ecclesia Parochialis.

Jura autem parochialia in his partibus consistunt 1. quòd in illa Ecclesia Parochiali parochiani de jure communiter baptismum, & alia Sacramenta percipere debeant: 2. quòd de eorum testamento divinam ibidem audire debeant, nullo privilegio, aut jura de causis, ex recepta consuetudine excusentur.